Olynthiæcus, a. um, ðlynthos. ut Olynthiæ orationes Demosthenis, quibus Athenienses adversus Philippum incitantur Olynthius bellum inferentem.

Olyras, ðlyras. Fluvius est prope Thermopylas, quem fabulatur conatum esse Herculis rogam extinguere. Strabo lib. 9.

Olysiippo, Plin. lib. 4. cap. 12. [dicitur in Prolemao: ðlysiippo Straboni. German. Ein gemattig Etas am Meerhafen in Portugall gesehen] Lulianæ urbs, quæ nostris temporibus Vlyzbona appellatur. Vulgò Libana.

Omerici, Populi iuxta Illyricum, apud Herod. lib. 3.

Ombrios, ðmbrios. Vna & prima ex Fortunatis insulis, habens in montibus stagnum, & arbores ferule similes. Plinius lib. 6. cap. 32.

Omphale, s. ðmpala. Nomen proprium regine Lydiæ, quæ Herculem multis muneribus ornavit, quod à angue iuxta Sagarim fluvium multos homines interficentem interemisit. Hæc, ut Poëta tradunt, Herculem sibi servientem etiam ad lamificium compulit, quum ipsa calathum & eolum, cultusq; formigeos, sagittas & clava, leonisque tegmine mutasset. Alii dicunt, quod Iphigæia Euryti regis filii ex dem, à Mercurio, iussu Iovis, Omphalæ Lydorum regine fuisse in servitutem additæ: & inde esse quod illi servisse, & calathos submississe dicatur.

Onchestus, ðnchestos. Filius fuit Neptuni, qui Onchestum civitatem Mycælesio promontorio propinquam condidit, de qua suo nomine appellavit.

Onchestus, ðnchestos. Bœotiæ urbs est, ad procul à lacu Capadæ, ubi Amphycionum cœcilium cogi solet, teste Strabo, lib. 9. Conditâ putatur ab Oncheste heroe, Neptuni filio, & ab eo nomen accepisse.

Onesicritus, penult. corr. ðnesicritos. Philosophus & historicus Aeginensis: ut autem Demetrio Magnæ placet: Aliphalæus fuit à Diogenis schola. Similitudinem quandam cum Xenophonte habere videtur. Ut enim hic cum Cyro ita ille cum Alexandro militavit. Xenophon Cyri Prædium, Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit. Similiter uterque persequitur laudes eius, quo Imperatore meruit: stylus insuper utriusque similimus. Autor Diogenes Laërtius. Fuit etiam medicus.

Onesimus, ðnesimos. Cyprius, seu Spartiata, tempore Constantini magni scripsit de Rhetorica, De statuum differentia, Præexercitationes, Declamationes, & alia, Suidas.

Onobâ, ðnobâ. Civitas inter Sacrum promontorium, & Herculeas columnas, in Bœtica regione. Autor Plinius libro 3. cap. 1. & Pomp. lib. 3.

Onobalsturia, ðnobalsturia. Vulgò Gibraltar, Hispaniæ Bætiæ oppidum est, teste Prolema. libro 2. cap. 4. in tractu Tudertanorum: idem cum eo quod Plinius & Pomponius Onobam vocant.

Onochonus, Thessaliæ fluvius, unus ex iis, quos Xerxis exercitus traditur edidisse. Autor Herod. lib. 4.

Onthyrion, ðnthyrion. Oppidum est Thessaliæ iuxta Arnen, cuius incolæ Onthyrice appellantur, Stephan.

Onuphis, ðnuphis. Vrbis celebris Aegypti: quâ vicina præfectura Onuphis appellatur: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

Onyches, s. ðnythes. Nomen proprium Thebani cuiusdam, qui Aeneam secutus, à Turno fuit interfectus. Virgil. 12. Aeneid.

Ille Talon, Tanainque neci, fortemque Cethegum, Tres uno congressu, & moxum mittit Ouyten, Nomen Echionium, matrisq; genus Peridia.

O. ante O. O. ðntæ, ðntæ. Insula in Oceano Septentrionali, in quibus (ut Plinius refert libro 4. cap. 13.) ovis avium, & avienis incolæ vivunt.

Oopellum, Britannia insulae urbs, Prolema. lib. 2. cap. 3. Vxellum aliis dicta: hodie Cœlæ.

Opeconsiva, Dies festi Opeconsivæ deæ instituti, cuius in regia sacranum, in quod nemo præter virgines Vestales & sacerdotem publicum introibat. Varro lib. de Ling. Lat. 5.

Ophærus, ðphæros. Scythiæ fluvius, in montibus Carthis nascens, & in Lagoum influens. Plin. lib. 6. cap. 8.

Ophæres, ðphæres. Filius fuit Lycurgi regis Thracum, & alumnus Hyppilyes, alio nomine Archemorus appellatus: quem quum nutrit Argivis Lægiam fontem indicatâ, in herba reliquisset, serpens interemit. In cuius honorem Argivi Nemæa certamina instituerunt: quorum victores apio coronabantur.

Ophineus, ðphineos. Messeniorum vater, qui quotannis natali die furore correptus, futura prædicere solebat.

Ophiogenæ, ðphiogenes. Genus hominum in Hellesponto, quos Crates Pergamenus scripsit serpentum ictus tactu solitos levare, & manu imposita venena extrahere corporibus. & Sunt & alii eodem nomine in Cypro insula. Plinius lib. 28. cap. 3. Quorum è genere sunt Psylli, Marisque, & qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro: ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Consulibus Romæ in dolium serpentium cõjectus experimenti causa, circummulcentibus linguis, miraculum præbuit.

Ophion, onis, ðphion. Socius Cadmi fuit, & in Thebis ædificandis adiutor: ita dictus, quod è serpentium dentibus fingatur prognatus. & Est etiam Ophion nomen filii Oceani, qui cum uxore Eurynome ante Saturnum rerum est potius. Claud. lib. 3. de Rapt. Prof. hos onerat ramos exutus Ophion. & Ophion verò, ophii, animal fuit Sardinia insulae peculiare, pilo & dentibus cervo simile: quod Plinius sua ætate interisse tradit lib. 28. cap. 10 & lib. 30. cap. 14.

Ophitæ, ðphitæ. Hæretici quidam fuerunt, qui Christum sub serpentis specie colebant. Interim tamen habebant & vivum serpentem, quem venerabantur & nutiebant.

Ophichus, ðphichos. Cœlestis sidus est, quod à poëtis aliquando Anguitens appellatur, eò quod hominis effigie fingi solet anguem manu tenentis. Itaq; nonnulli Herculem esse putaverunt, qui adhuc in cunis vagiens, angues à lunone immixtos manibus præfecavit. Dicitur Ophichus, quasi ðphichos, & per syncretism mutatis & in ðphichos. Sunt tamen qui Ophichum Aesculapium esse velint: aut Canobantæ Getarum regem: aut Phorbantem Thiope Thessalorum regis filium. Vide HIGINUM.

Ophiusa, ðphiusa. Insula est in mari Balearico, teste Prolemaeo, ex duabus Pithyulis minor, (nam major Ebusus dicitur) propter serpentum copiam incolta: unde & colubraria à Lacinis appellatur. Plin. lib. 3. cap. 3. Ebusi terra serpentes fugat. Colubraria partitidè insecta omnibus, nisi Ebusi terram infecentibus, Græci Ophiusam dixerunt. & Est & altera eiusdem nominis insula non procul à Creta, cuius etiâ meminit Plin. lib. 4. cap. 12. & Ophiusa item oppidum fuit Sarmatiæ Europæ, ad Tyram sinem: de quo idem Plinius loco iam indicato. Rhodius quoque insula, aliquando propter serpentum copiam Ophiusa dicta fuit: ut tradit Strabo lib. 14.

Ophiusia, a. um, ðphiusia. Ophiusia arva. Ovid. 10. Metam. Ipsa suas urbes Ophiusiaq; arva patabat Delectæ alma Venus.

Ophthia, ðphthia. Vrbis Libyæ Maieoticæ, Aegypto proxima. Autor Stephanus.

Ophyon. Vide supra OPHION.

Opimæ, Populi iuxta Indum fluvium, Stephan.

Opimius, Prænomine Lucius, Consul Romæ fuit, quo anno C. Gracchus seditionis concionibus statim Republicæ labefactans cesus est. Ab huius nomine vina Opimiana dicta sunt, quæ Opimio Consule nra sunt. Plin. lib. 14. cap. 4. L. Opimio Consule, quum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitata interemptus est, ea cœli tempestas fuit, quam cocturam vocant, solis opere, natali urbis DCXXXIII. Durantq; adhuc vina ducentis fere annis, jam in speciem redacta mellis asperi: (etenim hæc natura vinis in versillare est) nec potari per se queunt, si non pervincat aqua, usque in amantudinem carie indomita.

Opis, huius opis, ðme, Nympha Diane comes, de qua Virgil. Aen. 11. Velocè interea supetis in sedibus Opis Cœpellabat. Vbi prima producit, quum in Opis ab Ops corrumpitur. & Est item Opis vici nomen in Mesopotamia, ad Euphratem fluvium.

dam insula quum esset, continenti iuncta est. Plin. lib. 2. cap. 16. Epidaurus & Oricum insulae esse desierunt.

Origenes, penultima correpta. *origenes*, (qui & Adamantius dictus est) Theologus magni nominis, qui tempore Philippi primi Christiani Imperatoris, fidem Evangelicam & scripturae & viva voce non parum illustravit. Incidit tamen in aliquot errores ab Ecclesia damnatos, quos nonnulli suspicantur ab emulis, eius libris fuisse inspersos. Hic adhuc adolescens fervido quodam studio atque accensus, ut liberius & citra pudicitiae periculum Evangelicam professionem posset incumbere, seipsum castravit.

Orion. [*Ὠρίων* *origion*] Quasi Vrion, dictus est filius Iovis, Neptuni & Mercurii. De hoc varie fabulantur poetae. Quidam tradunt Iovem, Neptunum, & Mercurium, quum terram peragraret, superveniente nocte ad pauperem quendam Hyrcum, quem Aristoticus Erythrum appellat, divertisse, qui eos hilari animo suscepit: quumque deos esse animadvertisset, occiso bove isdem sacrificium obtulit. Quo officio motus Iupiter, iussit ut aliquid muneris à se peteret, statim voti compos futurus: qui nihil sese magis cupere respondit quam filium: conjugem tamen sibi non habere, neque velle ducere, quod morienti uxori fidem dedisset se aliam non ducurum. Iupiter igitur & reliqui dii corium immolati bovis sumpserunt, in quod quum urinam emisissent, iusserunt ut terra obrutum completis matris mensibus solveret. Quod quum fecisset, invenit puerum, quem ab urina Orionem nominavit. Hic postea adultus evasit venator maximus, adhaesitque Diana. Sed quum viribus fidens, gloriaretur nullam esse feram quam non conficeret, diis insolens verbu ulciscens, contigit ut terra scorpionem pareret, à quo stans periret. Diana igitur satellitis sui obitum gravissimè terrens, cum in caelum iuxta Tauri sydus constitit, Lucanus verò à Diana scorpione emissio occisum dicit, & deorum miseratione in caelum sublatus Horatius ab ipsa Diana fugitivis confossum tradit, eò quod vi voluerit eam comprimere. Servius autem hanc fabulam longe aliter pertexit: Oenopionem Siculum habitum esse filium, qui quum Candiope (quam alii Metopem vocant) sororem vitialet, à patre excaecatus est. Consulto igitur oraculo responsum accepit: Si per pelagus ad Orientem pergeret, ut oculatorum cavitates semper haberet Soli oppositas, luminare recuperatum. Quod quum facere conaretur, auditio strepitus, ad Cyclopa pervenit, ex quibus unum humeris suis imposuit. cuius ductu Solè semper adveniens habens, oculos recepit. Helioidus Neptuni & Eurales filium facit: idque muneris à patre obtinuisse tradit, ut per summos fluctus posset incedere. Alii ferunt, cum oculis ab Oenopione prius esset, in Lemnum insulam venisse, & ibidem à Vulcano caballo accepto ad ortum Solis pertexisse, & sic visum recepisse. Postea verò reversum, Oenopionem ulcisci statuisse quum hic à tribus suis sub terra occultaretur, in Cretam profectum: ibique ob arrogantiam à scorpione divinitus immisso fuisse interfectum. Est autem signum caeleste, quo oriente maximè excitantur tempestates. Hinc Virgilius libro 1. Aeneid. Quum subito assurgens fluctu nubifosus Orion, & c. Sunt qui Græcè ab aquarum inundatione sic dictum velint, quod ortus eius hycemis initium asserat, & mare ac terras tempestatibus turbet: *origion* enim turbo & concito significat. Plautus lugulam vocat, quod stellarum fulgore quasi gladiis armatus, terribilis videatur. Si fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem præ se fert. Habet autem hoc nomè apud Poetas primam syllabam in differentem: quod idcirco factum creditur, quod prima syllaba olim apud Græcos per a diphthongum sonabatur: quæ secundum proprietatem lingue Doricæ in *o* solet commutari: quæ ratione constat posse produci. Potest tamen etiam corripì, si abiciamus ex prima syllaba vocalem subiunctivam, more Græcorum, qui ut brevem syllabam extendant, aliquando assumunt vocalem: ut longa contrahant, aliquando vocalem abiciunt. Media autem syllaba semper produci tur: Penultima verò obliquorum rursus est indifferens. Lucan. lib. 1. Tulle tulit caelo videt decus, Orionis. Versus est spondaius. Ovid. 3. Metam. Instructumq; Orionis enses. Apud Catullum de Coma Beren. legitur nominativus Oarion: Proxi mus (inquie) Hydrochoo fulgeat Oarion.

Oritæ, *origens*, Populi sunt Indiae liberi. Steph. Strab. lib. 25.

Orithos, lege **ORICOS**.

Orithyia, penultima producta. [*Ὠρίθυια* Homero. Germ. Ein Traum Borea, wether in einem Wind ist vermandet worden.]

Filia fuit Erichthei Athenarum regis, qui Pandioni in regno successit, quam à Borea raptam, & in ventum conversam Poetae fabulantur. Verum, ut Eusebius autor est, Boreas hanc sibi in conjugem antea denegatam rapuit: raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zeten & Calain suscepit, qui cum Argonautis in Colchos navigaverunt, & Harpyias fugaverunt. Vide **CALAI**. Propertius libro 2: Iam Pandionis cætes ge-

nus Orithyiam, & Hoc etiam nomine dicta est Amazonum regina, quæ Mæpelia matri successit in regno, Iulianus libro 2. quam à Borea raptam Poetae fabulantur: ita dicta, teste Erasmo, quod in montibus mælica sacra soleat peragere. Et quanvis *Ὠρίθυια*, deduci putetur, quod per a parvum scribitur: tamen propter tot brevium syllabarum concursum, mutatur in *o*.

Ormion, *Ὠρμιών*, Homero, Vicus est ad sinum Pagasæum, sub monte Pelio. Vide Strab. lib. 9.

Orneas, *Ὠρνεάς*, Vicus fuit ex agro Corinthio, in quo Priapi sacra magna solennitate celebrabantur: unde Priapus ipse dictus est Orneates. Autor Strabo lib. 8.

Orneus, *Ὠρνεύς*, pen. prod. *Ὠρνεός*, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. Ovid. 12. Metam. Fuit & Orneas, Lycabasque, & saucius armo Dexteriore Medon.

Ornithia, *Ὠρνιθία*, Venti sunt Septentrionales quotannis sub initium Vens triginta sex diebus spirantes: ita dicti, ut credit Budæus, ab adventu avium, quod id temporis hirundines & ciconix ad nos transvolant. Columella lib. 11. cap. 2. Decimo Calendas Martii quum Leo desinit occidere, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithia, per dies triginta esse solent.

Oroatia, Plin. *Ὠροαία*, Straboni, Fluvius est Carmaniae in confinio Persidis, cuius meminerunt Ptolem. lib. 6. cap. 3. Plin. lib. 6. cap. 23. & Strabo lib. 15.

Orobæ, *Ὠροβία*, Vrbis est Assyriæ, in Mediterraneis. Ptol. li. 6. c. 1.

Orobæta, *Ὠροβία*, Vrbis mediterranea Persidis. Ptolem. lib. 9. cap. 4.

Orodés, *Ὠροδής*, Parthorum rex, à quo Crassus captus fuit & interfectus. Vide Plutarch. in Crasso. Est & Orodés Tusci cuiusdam nomen apud Virgil. 10. Aeneid. qui Aeneæ arma secutus, à Mezentio fuit interfectus.

Oroetes, *Ὠροετης*, Vir Persæ, & Sardum præfectus, qui Polycretem Samiorum tyrannum dolo captum suspenderit. Hic postea iussu Darii & opera, aliudq; Bagæi à Sardibus trucidatus est, ut scribit Herod. lib. 3.

Orontes, *Ὠρόντης*, teste Pomp. lib. 2. fluvii nomen est, qui dividit Syriam ab Antiochia. Est & nomen montis, inter quem & Orientem fluvium urbs Antiochia posita est.

Orontes, a, um, *Ὠρόντης*, Propert. libro 1: Aut quod Orontea crines perfundere myrtha.

Orontes, *Ὠρόντης*, Vir Trojanus, qui Troja capta cum Aenea in Italiam navigans naufragium fecit, ut scribit Virgilius libr. 1. Aeneid. Vnam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem.

Oropus, pen. prod. *Ὠρόπιος* Stephano, Oppidum in Attica, in confinio Bœotia. Plin. lib. 4. cap. 7. Est & alia eiusdem nominis civitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris. Item alia in Eubœa, Apollinis templo clarissima. Rufus alia in Syria, non procul ab Amphipoli, à Nicatoris condita aut certe instaurata, & à nomine patriæ suæ ita appellata. Sunt & aliae nonnullae quæ enumerantur à Stephano.

Orphæus, [*Ὀρφεύς*, German. Ein Pöhl auß Thracia, ein Sohn Apollinis, vnd Calliopes, ein außhündler Harpionsehiler.] Poeta seu vates genere Thrac, Calliopes & Apollinis filius, quem à Mercurio sive, ut alii habent, à patre Apolline Iyam accepisse ferunt, eoque tantum valuisse, ut illius cantu sylvas & saxa moverit, fluviorum cursum prohibuerit, ferasque mitiores reddiderit. Eurydicem uxorem habuit, quæ Aristæum vim sibi inferre volentem fugiens, à serpente occisa est: ob cuius mortem Orphæus maximè contristatus, accepta lyra, ad inferos descendit ubi suo cantu à Proserpina uxorem Eurydicem recepit. Sed quum eandem non servata lege à Proserpina sibi imposita, rursus amississet, celibem vitam agere statuit quumque iam multas nuptias rejecisset, aliosque insuper à mulierum consortio deterreret, atque in pueros amores pelliceret, à Manadibus inter Bacchi sacrificia iuxta Hebrum fluvium occisus & disceptus est: cuius membra palli per agros sparsa Musæ collegere, & deinde ea sepultura: lyra verò & caput in Hebrum dejecta, ad Lesbos insulam delata sunt, ubi caput ab incolis sepulturae mandatum est: lyra autem in caelum assumpta. Virg. Aeglog. 3: Non me carminibus vincet nec Thracius Orphæus, &c. Alii Orphæum Ciconum regem, Oeagri (à quo Oeagrius appellabatur) & Polyhymnia filium fuisse dicunt, atque cum Argonautis in Colchos navigasse, ideoque assumptum, quod à iuxta vaticinium Chironis, Sienes præteriti non poterant nisi præsentem Orphæo, & Sunt qui duos Orphæos fuisse dicant, quorum alterum Colchos navigasse perhibent.

Orphæus, *Ὀρφεύς*, pen. prod. *Ὠρφεύς*. Denominativum: ut Orphæa cithara. Martial. lib. 1. Quicquid in Orphæo Rhodope spectasse theatro, Dicitur, exhibuit Citharaena tibi.

Orphæcus, adject. ab Orphæo. Macrob. Comment. li. 12. libetum patrem Orphæi *Ὀρφεύς* suspicantur intelli.

Orphæus, *Ὀρφεύς*, apud Claud. li. 1. de Rapt. Proserp. unus est

est ex equis Platonis, à tenebris nomen habens: Orphæus crudelis micans, Aethonque sagitta Ocyor, & Stygii sublimis gloria Nycteus Armenti, Ditisq; nota signatus Alastor.

Orhæa, oppidum est in Occidentali tractu Britannia, teste Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vulgò Ormæstet.

Orsilocheus, filius fuit Idomeni. Hic patrè secutus ad expeditionem Trojanam, quum per totum bellum ex voto omnia successissent, in exitu rei ob insolentiam, cum obstatet totis viribus ne ex præda capti illi fors debita daretur Vlyssi, ab eo occisus est.

Orhocorybantès, Populi sunt Medis & Hyrcanis finitimi, quorum meminit Herodot. lib. 3.

Orhosia, oppidum est in ea parte Syriæ, quæ Libano monti subjacet: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Orti Hesperidum, In Africa fuerunt inter duas Syntes, Poetarum fabulis plurimum celebrati, quum revera nihil ferant præter oleastrum. Vide supra in dictione HORTVS.

Orton, Pelignorù urbs, hodie Ortona.

Ortoplia, Liburniæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 15. Ortopula hodie.

Orrygia, Insula in mari Aegæo, omnium Cycladum clarissima, Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicitur Orrygia: quia in ea primò visæ sunt coturnices, quas Greci Orrygiæ vocant: nos à sono vocis Quailo dicimus.

Alii, ut Nicander, ab Orrygia oppido dictam putant. Virgil. 3. Aeneid. Linquimus Orrygiæ portum. Hæc etiam dicitur Delos (ut docet Aristoteles) quòd quum antea sub aquismersa esset, subito apparuerit: nam Delos, Ostendo significat. Ab aliquibus prætereà Pyripile nominatur, ab igne ibi primùm reperto: ab aliis Cyathia: ab aliis Asteria: ab aliis Cynathus. De Delo terræ motu concussa, vide Thucydidem libro 2. § Est alia Orrygiæ nomine insula in Sicilia, Syracusarum pars, reliquæ urbi ponte conjuncta, quæ fontè habet Arcthusam. Hæc ex opposito Plemyrii Siciliæ amnis sita est: de qua Virg. lib. 3. Sicaniò præterea sinu jacet insula contra Plemyrium undosum, nomen dixere priores Orrygiam, Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare, quæ nunc Ore Arcthusa tuo Siculis confanditur undis.

Oscæ, oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Ilgerum. Autor Ptol. lib. 2. cap. 6.

Oscia, Lepontiorum oppidum in Alpibus Cottia, autore Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

Osci, Italiae populi qui tractum maritimum Campaniæ tenuerunt, ab oris sceditate ita dicti. Vide Obscena verba dicta (ut quibusdam placet) quasi Oscena.

Oscus, a, um, adject. Cic. Mario, lib. 7: Non enim te puto Græcos, aut Oscos ludos desiderasse: præsertim quum Oscos ludos vel in Senatu nostro spectare possis. Horat. 1. Seru. Sat. 3: Mellis clarum genus Oscæ. Tullius Oscæ, Propert. lib. 4. Eleg. 2.

Oscis, pen. prod. Osiris, vel Osiris, iugis. Fuit Iovis filius, ex Niobe Phoronei filia, successitq; Phoroneo in regnum Argivorum. Postea tamen Aegialeum fratrem præfecit regno Achaicæ, & ad Aegyptios transfretavit gloriæ cupiditate. Quos quum subegisset, Iridè (quæ & Io vocabatur) Inachi primi regis Argivorum filiam duxit uxorem. Vbi, quâ illa literas, Osiris varias artes Aegyptios docuisset, utraq; divinos honores meruerunt. Tandem à Sityphone Aegyptio: vel (ut Servius) à Typhone fratre clam occisus, ab Iride diu questus est. Tandè apud Phialam juxta Syenem laceratus repertus est, curavitq; eum Iridè sepelendû in Abato insula ejus paludis quæ Memphi proxima est: quam etiam Stygemid est. mæcerorem appellavit: nec nisi sacerdotes, certis diebus, eosq; nutritos eò accedere voluit. Sed quâ apparuisset Aegyptiis deinde bos quidam, Osirim putarunt, adoraveruntq; ut Deum, & vocaverunt Apimud est, bovem, eorum lingua. Deinde dictus est Serapis.

[Germ. Ein Osen der Aegyptier vnder der gestalt eines Osiris.] Tibullus lib. 1. Eleg. Te canit, atque suam pubes miratur Osirim Barbara, Mephiten plangere docta bovem. Mart. lib. 9: non illam mille catastæ Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. De Osiride sic habet Eusebius lib. de Præpar. Evan. Diodorus Siculum inducens, Aegyptios ferunt primos omnium motû, ordinemq; celestium corporû admiratos, Solem & Lunam deos putasse, ac Solem quidè Osirim, Lunâ Iridem nuncupasse, à proprietate quadam inditis ipsis nominibus. Nam si quis ad Latinam linguâ verba transferat, multioculus Osiris dici potest, neq; id abs re. Radius enim suis quasi multos reb. immitte oculos, quibus omnia perspicit ut etiâ Poëta dicit: Sol qui terrarû flammis opera omnia lustras. Quâvis nonnulli Græcorum poëtæ Dionysium esse Osirim confingant. Iridem verò Priscam Latine dicere possumus. Lunæ hoc homine indito: quoniam sempiterna, priscaq; sit: Cui idcirco cornua depin-

gunt: vel quia quum minor est, cornua videtur: vel quòd bos ei apud Aegyptios sit dedicata. Ferunt Osirim apud Aegyptios insitionè, & aratrû, viniq; usum primùm reperisse, aliq; nonnulla quæ latè prof. quitur Tibull. lib. 1. Eleg. § Osiris nem herba est ramulos ferè nigros, tenues, lètos, & in his folia nigra ceu lini semèq; in ramulis nigri inuò, deinde colore matato rubescens. Verba sunt Plin. lib. 27. cap. 12. Vulgus Hobariorû Linariam vocat. [Ger. Isintraut; Harstraut; Schestant.]

Ossimij, Populi sunt Galliæ Lugdunensis ad Lagerim amnè. Plin. lib. 4. cap. 18. Cæsar Ossiminos vocat.

Osquidates, Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, apud Plin. lib. 4. capite 19.

Ossa, Mons in finibus Thessaliæ, Centaurorum habitum, què Seneca dicit Olimpo olim fuisse conjunctû: Heculia autem opera fuisse abscissum, ab ea parte ubi per Tempè flux Peneus fluvius. Lucan. li. 1: & tantus in æthera clamor, Quæ tus piniferæ Boreas quum Thracius Ossæ Rappibus incubuit.

Ossa, a, um, denominativum. Lucan. lib. 6. Thessaliæ quæ parte diem brumalibus oris Attollit Titan, rupe Ossæ coëret.

Ossigetania, Regio Hispaniæ Beticæ vicina: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Ossonoba, Lusitanicæ civitas, non procul ab Anasivii ostus, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 5.

Ostèdes, Insulae sunt Siciliae adiacentes ab ea parte qua Africam spectat. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

Ostia, fluv. [Ostia à Stephano dicitur, n. Straboni, German. Die Ostia Italia an den aufgangem der Tyber grægor.] Vbi in aditu Tyberinis sita, ab Anco Martio condita (ut inquit Liv. lib. 1. ab Verbe) in ipso maris, fluminisq; cõfinitio: ut tonus mundi operes illò, veluti maritimo urbis hospitio, recipientur. Ab hoc Ostienses, Ostiæ dicitur.

Ostiana porta Romæ dicitur ea quæ Ostiam versus ducit, à Ostia vocata. Ea nunc sancti Pauli porta appellatur.

Otantes, Persa nobilis, unus ex his qui cù Dario in Magos conjurarunt. Vide latius apud Herod. lib. 3.

Othryades, Nomen Lacedæmonis viri, qui cum obnoxieta nata esset inter Lacedæmonios & Argivos de qua Tyreatè placuissetq; ut ea his trecentorû utriq; prælo decideretur, solus ex Spartiatis superstit, duobusq; qui ex hostib. reliqui erant in fugâ versis, patriæq; parta victoria, ne solus ex sociis in patriam rediret, sibi manus intulit. Aureos Valerius lib. 3. cap. 2. Plutarchus in Parall. & Ovid. in Fastis.

Othrysius, adject. ut Hebræus, Othrysius in Claudiano.

Othrys, Thessaliæ mons est, non procul ab Oeta. Centaurorum olim sedes. Luc. lib. 5: Solstitial caput nemorosus submover Othrys.

Otreus, & Mydon, Fratres fuerunt Hecubæ & Ilii Cisei, & patruelis Polyneestoris, ut annotavit Porphyrius in 4. Iliad.

Otus, & Ephialtes, filii Neptuni fuerunt ex Iphimede Aloëi uxore, quos Poëtæ fabulantur nono ætatis anno in rorem jugerum altitudinè excrevisse, quo corporis robore totos, etiam diis bellum movere, montesque montibus imponentes, cælû ipsam oppugnare aulos, donec Apollina telâ cõfici, temeritatis suæ poenas dedere. Vide Hom. lib. 11. Odys.

Oxus, Amnis in lacu Oxia, ut inquit Ptol. sive Oxo, ut Solinus.

Oxyrhynchus, civitas Aegypti dicta ab oxyrhincho piscis qui ibi templû habuit. Cæterum Aegyptii omnes Oxynochum piscem colunt. Nam quædam animalia sunt quæ Aegypti universi colunt, quemadmodum ex terrestribus taurum, canem, fœlem: ex volatilibus ducem, accipitrem, atq; ex aquatilibus duo, lepidotum piscem, & oxyrhinchum. Is Strabone lib. 17.

Ozolæ, Populi ex Locria, Actolix oram incolentes ad sinum Cræzum, quorum oppida enumerantur à Ptolemæo, Molyeria, Naupaclus, Antirrhium, & Eyanchia. Vide Strab. lib. 2. cap. 9.



Rachynus, penultima producta. [Germ. Das Wogsding Sicilia gegen Nafgang.] Promontorium Siciliae Peloponnesium spectans: ab ætris crassitudine nomen habens. Nam wog pingue & crassum dicitur. Virg. lib. 3. Aen. Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni. Priscianus mediam hujus dictionis syllabam nullo veteri exemplo corrupit: quod non ausim imitari. Qui procul estis Pachyni distenditur oris.

Pachynus.